UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vir Apostolicvs seu Vita Et Virtvtes R.P. Alberti Chanowsky è Societate Iesu in Provincia Boëmiae

Tanner, Jan

Coloniæ Agrippinæ, 1660

Dilectissime In Christo Frater Pax D. N. Iesu Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50633

Visual Library

DILECTISSIME IN CHRISTO FRATER.

PAX D. N. IESU CHRISTI.

PLurimùm gaviſus ſum, quòd verſiculi mei maximè de S. Agnete, in memoria Tnæ charitatis ſedem fixerint. nec dubito, eandem fidelem fore Patronam ſui Clientis ita memoris, facile fuerit Agneti placare Agnum, & ex Leone ſæviente agnum præſtare mitiſſimum, idque tum maximè cum curſu Miſericordiæ finito, ad forum Iuſtitiæ & Iuſtæ trutinæ ventum fuerit. Quis cuim tunc Patroni non optaret ſuffragia? quando & propria etiam incipiunt merita trepidare? Terret profectò me ſæpe horam, vel momentum potius illud cogitantem tam lubricum & ambiguum, qno ex temporis lapſi conditione, ad æternitatis circulum erit tranſeundum. At quid facto opus? Cum ſalubri pergendum metu, ac tremore, unde ſalus oriatur: Nam qui pavet, cavet. Beatus homo, inquit ſapiens Proverb. 28. 14 qui ſemper eſt pavidus, qui verò mentis oſt duræ, corruet in malum. Addam ego, beatus quem Mors occupat Deo ſervientem: Iuſtus enim ſi in morte præ occupatus fuerit, in refrigerio erit Sap. 4. 7. Ad hoc refrigerium identidem mi Ioannes ſuſpiran-

dum

dum nobis erit, ut non tantum requieſcamus à laboribus, & hujus ærumnoſæ vitæ Miſerijs. Sed etiam in beatitatis domicilio æternùm glorioſi exultemuus, id nobis præſtare dignatur Agnus mitiſſimus ille Iſæ Parentis, & S. Agnetis interceſſionibus inclinatus. Amen. Atque hiſce me Tuæ Charitatis precibus impensè commendari diſcupio Ex Muſæo noſtro B. V. M. ad 7. dolores propè Grupnam 16. Octob. 1638.